



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia**

Ab anno DLIII. ad annum DLXXVII.

**Parisiis, 1644**

XVI. De rebus ecclesiae dispensandis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15324**

## X V.

Quæ sunt ecclesiæ, conseruari cum omni diligentia & bona conscientia & fide Dei , qui omnia videt & iudicat , gubernari ergo oportet cum iudicio & potestate episcopi , cui etiam omnis populus & congregatio commissa est animarum. Manifesta autem debent esse quæ ad ecclesiam pertinent , in conscientia eorum qui circa episcopos sunt , presbyteros & diaconos , vt hi omnes sciant quæ sunt ecclesiæ propria : vt , si episcopo contingit transitus , nihil eos latere possit ex his quæ ad ecclesiam pertinent , vt nullo modo possint minui & perire. Neque res propriæ episcopi debent importunitatem pro rebus ecclesiæ pati. Dignum re vera, & iustum est apud Deum & homines, vt ea quæ episcopi propria sunt , cui voluerit , derelinquit , & neque ecclesiam perpeti damnum , neque episcopum pro rebus ecclesiæ condemnari , aut post eius obitum in causas quæ ad eum non pertinent , aut in maledictum incidere.

## X VI.

Episcopus habeat potestatem in rebus ecclesiæ , vt dispenset necessitatem habentibus cum omni reuerentia & timore Dei : participare etiam eum oportet quæ necessaria sunt ; si tamen ipse , aut qui cum eo sunt fratres , indigerint aliquid ; vt necessitatem nullo modo patiantur , secundum sanctum Apostolum dicentem : *Vicitu & tegumento, his contenti sumus.* Si autem res ecclesiasticas episcopi in suas voluntates usurpare voluerint , & \* lucra ecclesiæ , vel fructus agrorum , non cum presbytero -

12. qu. 1. C.  
manifesta,  
ex Can. 4.  
Concili  
Antioch.

Ex Concil.  
Antioch.  
Can. 25.

1. Tim. 6.

\* loca

Qqqq iii

rum , vel diaconorum consilio \* intaminauerint ,  
aut fratribus , vel filiis , vel quibuscumque propin-  
quis suis dederint potestatem , vt per eos latenter  
res laedantur ecclesiæ , hos oportet obnoxios esse  
Concilio. \* Similiter id , si episcopus , vel qui cum eo sunt presbyteri aut diaconi accusentur , vt quæ ex reditu , vel ex quolibet † actu ecclesiæ veniunt ,  
in suo sinu colligunt , & pauperes fraudant , & fame  
conficiuntur , hos corripi oportet , secundum quod ordinatum fuerit a sancto Concilio.

## XVII.

Distinctio.  
Si quis.  
Iuo p. 3. c.  
173. Burch.  
lib. 3. c. 179.

Si quis presbyter aut diaconus inuentus fuerit aliquid de \* vasis ministerii ecclesiæ venumdasse ;  
quia sacrilegium commisit , placuit eum in ordina-  
tione ecclesiastica non haberi ; in iudicio tamen e-  
piscopi dimittendum esse , siue dignus sit , siue in-  
dignus , in suo recipi \* gradu : quia simul toties pro hoc ipso , quod de sacro sancto altario intaminauerint , id cum episcopi potestate dimissum est.

## XVIII.

Ex Concil.  
Antioch.  
Can. 20.  
Habetur  
distinctio. 18.  
cap. Pro-  
pter eccl-  
esiasticas.

Propter ecclesiasticas curas , & altercationum solutiones , bene placuit , per singulas prouincias bis in anno Concilium fieri , conuocante metropolitano episcopo omnes prouinciæ episcopos ; ita vt in his Conciliis prodeant omnes presbyteri , diaconi , vel hi quorum in Concilio causæ examinatae ad iustum iudicium prodantur . Et qui manife-  
ste episcopi vel presbyteri aut diaconi inuenti fuerint in offensa , secundum rationem excommuni-  
centur , quamdiu communi consensu de his pla-  
cuit dare sententiam . Nulli autem episcopo liceat

† Hæc vox  
in simili li-  
gnificatio-  
ne usurpa-  
tur 2. qu. 2.  
Vulterane.  
Vide notam  
Gregoria-  
niam.

\* conta-  
minaue-  
tit,

\* Sin au-

\* clemo-  
synis

\* vnde  
beargua-  
du: